



SCAFFALI ONLINE
<http://badigit.comune.bologna.it/books>

Gagliardelli, Domenico
De purgandis viis Urbis et de aquae felicitatibus...
Maceratensis. - Romae : apud heredes Ioannis Liliotti, 1590
Collocazione: 10. S. IV. 039 op. 1
<http://sol.unibo.it/SebinaOpac/Opac?action=search&thNomeDocumento=UB02918276T>

Questo libro è parte delle collezioni della Biblioteca dell'Archiginnasio.

L'ebook è distribuito con licenza Creative Commons solo per scopo personale, privato e non commerciale, condividi allo stesso modo



[4.0:http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode](http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode)

Per qualsiasi altro scopo, o per ottenere immagini a risoluzione superiore contattare: archiginnasio@comune.bologna.it

I ambo n. l. non
 manda hinc cono f. u. l.
 in r. u. p. p. o. m. u. o. m. o.

 Gio: Maria de. Catullo S. 24
 Gio: Maria de. Catullo S. 23
 Gio: Maria de. Catullo S. 22
 Gio: Maria de. Catullo S. 21

DE
PURGANDIS VIIS VRBIS
 ET DE
AQVAE FELICIS QUALITATIBVS
 LIBELLI DVO
 DOMINICI GAGLIARDELLII
 MACERATENSIS.

Ad S. D. N. SIXTVM V. Pont. Opt. Max.



BIBLIOTECA S.
 SOLOBNI
 COMUNITATIVA-MAGISTRU



ROMA E,
 Apud Heredes Ioannis Liliotti. M. D. X C.
 Permissu Superiorum.

DE MODO
PURGANDI VIAS
VRBIS.

DOMINICI GAGLIARDELLI
MACERATENSIS.



IMPOSSIBILE duobus modis posse intelligi, Aristotelis in libris de Caelo sententia est. Primo; cum simpliciter consideratur, & ita ad actum redigi non posse animaduertit. Alio modo; quando uti difficile concipitur. & hac ratione, quamuis difficulter, ad actum aliquoties redigi posse, docet. & iccirco, cum fere una omnium uoce existimatum fuerit, meliorem, utiliorem, atque commodiorem purgandi uias Urbis, modum inueniri non posse, eo, quo hodie utimur; mihi rationi consonum esse, alium a me excogitatum, & cum uiris omnium scientiarum genere praeditis collatum, litteris mandare uisum fuit: ut, eo, ab hominibus huius rei peritis, lecto, atque ponderato, tandem, qui addat, aut minuat, uel nouum honoris, utilitatisque publicae gratia in medium afferat, reperiatur. Et, si hac occasione, uti spero, eum non modo impossibilem simpliciter, uel difficilem, non esse, sed admodum facile, perpetuoque duraturum demonstrauero; me id totum praestitisse, quod mirum in modum desiderauit, nemini erit dubium. Dum Aristoteles in libris Politicorum ostendere intendit, qualis debeat esse locus cuiusque bene sitae ciuitatis, quemadmodum inter mare, ac terram, editum, atque ijs qualitatibus praeditum, quibus non modo hostium impetum propugnare, uerum etiam eos laedere posse, eum eligere docet; ea ratione de hac re sermonem habet, ut uix loqui sibi ipsi persuadeat, ni prius eam Solis ortum, ac uentos orientales, uel saltem septentrionales, cum loca austrum, seu occasum respicientia

l. r. com. 3.

pesima sint, non demonstrat. & hoc scriptum reliquit, ut praecipue sanitati, ueluti eius firmo fundamento, respiciendum persuadeat; iudicans propugnaculum bene munitum, & homines infirmos, ac nullius ualoris, nullius ponderis esse. &, quoniam antiquorum aedificia difficilium adituum ratione tutiora esse subdit; a quibus uix assueti, inextricabiliu latebrarum, in quibus se ipsos seruare solebant, rationes, cum Ciuitas utriusque qualitatis particeps esse debeat, declarat esse disponenda, uti solent agricolae illos, quos uocant uinearum tramites, & ita parare, ut tantummodo per portas ingredi, aut exire quis possit. Ex cuius uerbis quis difficulter, quis uiarum communium usus debeat esse, comprehendatur; nihilominus rectas, laticasque esse debere, credendum est. &, si Ciuitas in loco edito, planoque sita esset, ita orientem, occasumque, ueluti septentrionem, ac Austrum, si a montibus sibi propinquis tuta non redderetur, respicere clarum esset. Itaque, cum eligendus sit locus idoneus, eam in alicuius amoeni collis dorso sitam esse magis conueniet, ita, ut a uentis australibus, septentrionalibus, atque occidentalibus non laedatur; ac ab orientalibus purgetur. Et, ut id recte, uti sibi competit, factum sit, uias laticas, apertas, atque liberas, tum sanitatis, tum propugnationis ratione eam habere oportet. Quod, ex una parte a Galeno in libro de aere, aquis, & locis declaratum est. dum, ut aer sit salubris, apertum, liberum esse debere inquit. quod, quando uiae rectae non essent, fieri nullo modo posset. Ex altera autem confirmatur ratione. Nam hostes, Belli tempore pro eius expugnatione ascendere coacti, non modo magno afficiuntur labore, sed etiam facile a propugnatoribus situ superioribus reijci possunt. Quocirca eas laticas, rectas, longas, liberas, ac denique purgatas esse debere, concludi poterit: cum uisui pulchra ueluti eius obiecto odorati, odorum flagrantia, tactuique, elegantia, atque nitore satisfiat. praeterea paruo militum numero tueri posse dicendum est. &, si harum qualitatum una tantum eis deesset, perfectionem, quae eis competere uideretur, non habere certum esset. Vnde, gratia exempli, si laticae, rectae, ac longae, at non sordibus liberae essent, propugnatoribus impedimento esse, cum usquequaque absque periculo eis uti non possent, manifestum est. Idem ab unaquaque dictarum condicionum colligi uideretur. Et, si hoc ueri-

tati proxime accedit, decentius Vrbi conuenire iudicandum est: quae cum sit totius Orbis caput, sicuti ceteris omnibus praeualet, ita elegatior, tutiorque esse debet; ut Gentium multitudo ab eius elegatia ducta crebrius ad ipsam accedere, ab eiusque ualidis uiribus perterrita, de ea euertenda cogitare desistat. propterea optima ratione, cum breues, arctae, atque communiter tortuosae sint, omni maiori diligentia a SEXTO Quinto diriguntur, ampliantur, ac, quantum eis concessum est, protrahuntur.

Quod Vrbs haec hiemis tempore uias publicas coeno, aestatis pulueribus refertas habeat, qui eam incolunt, resque suas agunt; ambulando id uerum esse sentiunt. & eo magis, quo magis a uento, pluuiaque ut plurimum se ipsos tueri non possunt. idque tam molestum esse omnibus animaduertitur, ut multi, post rerum suarum actionem, parua huius rei cura affecti, cum admiratione discedant. & tamen eam praestantis exempli specimen praeferre, ut eos, qui semel ad eam se conferunt, crebro ad ipsam redire desiderarent, optimum factu esse.

Idcirco huius tam absurdae rei causam quaerere, rationi maxime competere iudicauimus. Quandoquidem nec materia, quae coenum, pulueremque gignit, ab incolis est allata; nec pro tempore a Bigis, quae Camerae sumptibus praesto sunt, ut fert consuetudo, sublata: nec a terrae qualitate producta: nec denique a Quadrigarum, Bigarumque, atque aliorum animalium transeuntium multitudine uias conterente generata. Quod sit allata, praeter id, quod quotidie ab hominibus transfertur, dum Bigae id, quod suum est, praestant, animaduertitur etiam ab ijs, qui bene mane eas respiciunt, multis in locis impedita reperiuntur. Idem a terrae qualitate in ijs partibus, in quibus uiae silice, lateribus, uel alijs lapidibus non sunt munitae, conspici licet; cum tota pro temporum calamitatibus, ex paruis lapillis, calceque trita mixta sit. Et, si ad Quadrigarum, aliarumque rerum eas conterentium multitudinem respiciatur, hanc materiam maxime augere adeo certo scio, ut mihi dubitandi locus non remaneat.

Modo existimare, inhibitione, ne afferatur, uel a dictis causis non gignatur, impossibile esse uideretur: cum haec Vrbs, ut me-

mini me legisse, huic calamitati semper fuerit subiecta. Modos consuetos, seu similes excogitare, ad persuadendum, eas facile a sordibus posse liberari, recte, si tempora praeterita respiciantur, actum non esse considerabitur. Nec minus maiorum auctoritas, ac diligentia, ne in ipsis sordes proijciantur, aut statim auferantur a dictis Bigis, alicuius adiuuenti esse potest, cum hominum memoria haec consuetudo continuo non fuerit seruata.

Dicam igitur, non solum modum, omnium commoditati, facilitatiq. praestatem, ut homines absque ullo labore, sumptuque, immo maxima omnium delectatione, sine aliorum auxilio, uiarum, ac domorum elegantiae, nitoreq. consulere possint. & si quis dixerit me frustra laborare, cum ab usu numquam id probatum sit; respondeo: in quolibet tempore quamplurima acta fuisse, quae prius non erant; & qui, antea acta tempora respicientes, id scire uoluerint, eos ueritatem assequi posse, facile erit.

Vnde animaduertens, quid hoc, absque, ut dixi, aliorum ope praestare possit, cum mihi quattuor elementa, uidelicet aer, aqua, ignis, ac terra, primo occurrant, ignem id efficere, cum praeter aliorum periculum cuiusque rei cinerem urendo gignat, (loquor nunc de igne, quo nos utimur, & non de eo, qui sub orbis Lunae concauo reperitur) nullo modo posse assero. Nec aer, cum per se ea mouere non ualeat; quae, cum sint graui, uix a uento quamuis maximo moueri possunt. Nec terra denique, cum pulueris, coenique sit causa.

Reliquum est, uidere, an aqua id praestare possit. quae, unumquodque secum ferens, ab ea, quod desideratur, obtineri certum est. etsi nonnullae Italiae ciuitates animaduertantur, cum flumina propinqua, commodaque habeant, modo unam, modo aliam uiam aquis irrigando, pro ut eis opus est, purgare posse reperientur. At, cum id Romae exsequi non possit, cum Tiberis aquae Urbis plano sint multo inferiores, nullius ualoris esse dico. Aqua igitur est, quae Urbem ab omni sordium genere, sed aliter, quam dictum est, liberare potest. Nunc uidendum est, an, per subterraneos cuniculos ducta, utilitatem, commoditatem, uoluptatemque omnibus afferre, sit credendum.

Quod aquae, praeter Tiberinam, reperiantur, quae id facili

cili negotio ad exitum perducere possint, manifestum est. Nam tanta est earum copia, quae ex aquae Virginis fonte emat, quod per se sola sufficere uidetur. At, si redditus aquae Felicis, Romam, ut dixi, maxima celeritate, impensa, felicitateque SIXTI Quinti iussu ductae, id facile posse assequi credere licet; & ut ea felicitate, quae desideratur, executioni mandetur, cum, in nonnullis Urbis partibus aquae aliae per cloacas, puteosque fluentes reperiantur, alijs addi poterunt. & hac ratione non solum quod proposui, uerum etiam, si per cuniculos subterraneos apertos, & non impeditos transmittantur, eas maxime abundare conspicientur.

Et, ut loca, per quae fluere debent, talia sint, adeo muris munita, in crustataque esse necesse est, ut alio eas fluere dubium non sit. aut propter eorum defectum, sordes, quas secum ferunt, retineantur. Quocirca in uiarum medio bene actum erit, ductus subterraneos, non multum latos, aut arctos construere, sed altitudine, ac latitudine tales, quod homo uix per eos pertransire possit, & ut rebus contingentibus subuenire ualeat, & aquae altiores sint, & maiorem uim ad quaecumque sordium genera secum ferenda habeant. & si forte fortuna earum tanta copia non esset, quod omnibus uis satis esset, eos in communioribus construere decebit, ut eae nitidae, elegantesque remanentes, sanitati, commoditatiq. omnibus futurae sint. Et, quoniam unusquisque, qui eis uti desiderat, id facile agere possit, existimandum est, fouea tam magna, quod uicinioribus, quadrigis, bigis, equisque usui esse possit. Ob id, ut mea fert opinio, multas, sex, aut septem (uti uulgo dicitur) canis inter se distantes, plus, & minus ut conuenire magis uidebitur, figurae quadratae, unius ulnae, cratibus ferreis ab orificio distatibus duabus ulnis, quae saxa, lapides, ligna, atque alia dissimilia, ad earum cursum impediendum, ac ea, quae secum ferunt, retinendum, cadere non sinant, construere opus erit. quae foueae lapide marmoreo, uel Triuertino nuncupato, ferro circulari opere tessellato annexo, ad ea subleuanda idoneo, cooperiri debent.

Ex quibus conijci poterit commodum, quod ex his haberi fas est, cum unusquisque, propria domo ex aqueductibus, absque fetoris suspitione, ac molestia aliqua, omnem immunditiam proijcere ualeat. & quod id uerum sit, qui, quantum

tum non lauta uita aerem inficiat, cognoscunt, istud asserere audebunt. Praeterea illuuiem, aliquam corruptionē gignere, rationi consentaneū est, quae aerem inficiendo, ac corpora, aut utraq. simul, multorum morborum contagiosorum crebro causam esse censendum est.

Verum, si, praeter haec, illud, quod uias coeno, puluereq. refertas purgare posset, scire desideraret, duo, ut per belle id actum esset, necesse esse dico. Primum; ut nullus sub poenarum grauium constitutione, in eas aliquod scabritiei genus proijcere auderet. Alterū est; quod ipsae lapidibus tā duris sternerentur, ut numquā, aut difficulter conteri possent. At, quoniā illud in Vrbe tā uasta, ob aliquas rationes ijs manifestas, qui rerū suarum usum habent, exsequi non pōt, ideo legentibus, huius ueritatē cupientibus, considerandum relinquam. Aliud, ob imminētia pericula, detrimentū posse asserere iudicatur. Nam, si uiae silice, qui omnibus fere lapidibus durior est, uti supra, sub terraq. animaduertitur, cū ferro equorum, omnibusq. alijs animalibus parum accommodae sint, alicuius mortis periculo, seu mēbrorum impedimento, quamuis optime sint exculptae, quaq. hora causae essent. bene uerū est, quod, quando opere quadrato uiae optime stratae essent, cuiusmodi sunt, quae superioribus mensibus inspectae fuerunt, ac hodie in aliquibus Urbis partibus cōspiciuntur, opus aeternū, ac contra omnium opinionē saluberrimū, nec inter utraq. coenum, uel puluis, seu aqua inspiceretur.

Quod silex salubris sit, & non humida; ut nonnulli crediderunt, hodieq. multi asserunt; aeris humiditatē non augeat; nec aliqua alteratione incolas afficiat; ex ipsius materia perspicitur; quae cū maxime densa sit, nullo modo aquā, seu aliquam humiditatem imbibere, cum poros non habeat, sicuti lapis Triuertinus, laterq. possit. & si huius periculū facere decernitur, in aquam cuiuslibet tēporis spatium proijciatur, et ablata, ea ui, atque cōmoditate, qua potest maiori, martello percutiatur, nec eam a suis proprijs qualitibus tantillum quidē differre quis cognoscet. quod lateri non accidere comperitum est, qui in aquam, dūtaxat octo dierū spatium, positus, & ablatus, ita facile, perinde ac si esset argilla, rōne humidi in se imbibiti, frangitur. & si qs dicet, q̄ semper humida cōspicitur, illud idē ei accidere respondeo, quod speculo cōtigit,

quod,

quod, cū sit ex materia maxime dēsa confectus, oē humidū, quod ei forinfecus supertuenit, ostendere manifestum est.

Ex quibus conijcitur, facile uias lateribus stratas crebro morbis homines afficere. & ratio est. Nam, cū conteratur, aquaque, ueluti spōgia animaduertitur, imbibat, terram, quae eis subest, huius participē esse, necesse est; & eo magis, quo magis aquarū copia maior fuerit; quas a radijs Solis collisas multos uapores ab humido natos exhalare uidemus: quod cum nō moueatur, facile corrūpitur; & cū ij aere respiratiōi deseruiente sint mixti, nostros inficere spiritus, omneq. morborū genus gignere animaduertit. quod de silice, cū nullū humidū in se recipiat, dici non pōt. & qui superiores annos cōsiderare uoluerit, nō est dubiū, q̄ in urbe aegros in minori numero fuisse, q̄ in alijs tēporibus, in quibus uiae lateribus stratae erāt, cognouerit. Quocirca, cū aqua silicē intus non madefaciat, minus terrā humidā reddere poterit; iccircoq. cū ad Tiberim fluat, numq̄ Sol suis radijs ab ea parte, quae eos nō retinet, trahere poterit. quod cū ita se habeat, minus aerem afficere spiritus, humanaq. corpora laedere, ei licuerit.

Si uias silice stratas alijs pulchriores esse asserere uellē, merito, ignorās illud, quod ab oībus cognitū est, inspiens haberi possem. sed, quia tales sint, lapidē Triuertinū uti latere salubriorē, ac duriorē, ad uiarū, Urbisq. pulchritudinē aptiorē, prae oculis legentiū ponere, rationi cōsonū esse iudicauit. qui scalpello inaequalis factus, equorū, ac brutorū omniū ferro, ac unguibus cōsentiens, pulchritudinē, cōmoditatē, nitorem, ac deniq. corporū salubritatē efficiet. & quis eius opera in locis accliuibus ascensus rōne, ad rem parū conferre uideat, tamen in planis eo uti cōueniret. & quia latere est durior, ac minorē humiditatē attrahit. crebro in morbū incidere nō erit dubitandum; & cū in aliquibus partibus aliquando conteratur, & facile scalpello adaequari possit, aut nouo tessellari, omnibus maxime delectationi erit.

Nūc ordo postulat, uidere, an aquae p̄ subterraneos Urbis ductū fluētēs, possint adeo aerē inficere, q̄ corpora laedat. Certū est, q̄ cloacae, in quib⁹ aquae pluuiiales fluūt, cū oī immūdiarū grē ab earū copia ducto, corruptioniq. apto, adeo absq. aliorū āaduersione aerē inquinare possūt, q̄ multorū cōtagiosorū morborū genera gignūt. & quis uapores illi sēsīm emanantes

nantes

DE MODO PURG. VIAS VRBIS.

antes nō cōspiciantur, spiritibus tamen nocere, necesse est. quod usquequaq. pro gentiū tuenda sanitate summopere ani-
 maduerti deberet. Praeterea, ab eorum orificijs, apertioni-
 bus, atq. alijs locis fractis, ita pestilētes necessario exhalant
 uapores, quod eos interficere mirū nō est. Hinc Liui⁹ refert,
 quod, cum Vrbs singulis quinque annis huiusmodi morbis
 subiecta uideretur, uiris omni ingenio, ac dōctrina praeditis
 accersitis, ut ipsi tantae calamitatis causam patefacerent,
 post multas, uariasq. omnium opiniones, sordium diuersita-
 tem, ab aquis pluuiialibus ad cloacas ductam, & a calore ex-
 traneo corruptam, uenenosos uapores emittentē huius caus-
 sam esse, communi omnium consensu asseruerunt.

Ex quibus, loca, per quae fontiū aquae fluunt, cū dictis con-
 traria sint omnino, nitorem, ac sanitatem allatura probatur.
 &, quod id uerū sit, hinc etiā manifestum apparet. Nā ea, a-
 quarū e caelo decidentū impetu, secū omnia immunditiarū
 genera trahēte, unāquamq. materiā recipiūt, deficiēteq. eo,
 retinentē, ac retenta adeo corrūpūt, ut ueneno aequiparari
 possunt. At per haec aquae continuo fluentes, non modo ex-
 tra Urbem unumquodque scabritiei proiectae genus tra-
 hēt, uerum etiā domos nitidiores esse in causa erunt. Quod
 quantū sanitati proffit, ex superius dictis patet; quamuis ipsū
 nitorem naturae hos miros effectus producere uideatur. Et,
 si quis, legens, ac recte hanc meam sententiam considerans,
 rationes, quae aquas Romam ductas, aeris humidum non au-
 gēdo, salubres esse probāt, memoriae mādare uoluerit, eas,
 quae sub uijs publicis fluent, ac Urbis illuuiem secū ferent,
 cū sint eadem, sanitati maximo adiumento fore, ei ostēdere
 non opus erit. Immo, si umquam aeris humidū augere posse
 alicui uidebitur, ita a uaporibus, qui cū a Solis radijs ratione
 muri arcuati, cloacae, ac uiae liberae, quam cū aquis exeūdi
 habent, clarū apparebit, q̄ sibi ratio dubitādi nō relinqueſ.

Hanc meam sententiā, uiris omni ingenio, uirtutumq. ge-
 nere praeditis, prius comunicatā, postea exaratā ostēdere, de
 inde litteris tradere uolui; nō quia alijs probabiliore esse de-
 mōstrare, mihi persuadeam; sed ut eā legentibus, ac oī dilige-
 tia cōsiderātibus, reperiatur, qui, ei addēdo, uel ab ea minuē-
 do, aut aliā excogitādo, exarādi occasio tribuat; ut Vrbs Ro-
 ma pulchrior, salubrior, atq. oībus alijs cōmodior cōspiciat.

F I N I S.

DE OPTIMIS
 AQVAE FELICIS
 QUALITATIBVS

DOMINICI GAGLIARDELLII
 MACERATENSIS.



VONIAM humani corporis tempera-
 mentorum diuersitas, est in causa, ut
 quis alteri adeo similis esse non possit,
 ut inter eos aliqua, seu imaginis, seu uer-
 borum, seu corporis motuum differētia
 non cognoscatur; iccirco dicendum est,
 quemadmodum homines natura inter
 se differre perspiciuntur, ita sententijs etiam differre.
 Non est igitur mirum, si diuersa ratione de eodem ho-
 mo iudicium ferat, postquam non res ipsas, sed opiniones,
 a malis, uariisq. initijs ortas, harum cogitationum caus-
 sas esse animaduertimus. Et, quicumque, res delectabiles no-
 bis ut plurimum negotium faceſſere, ac eas, quae paruam,
 seu leuem nobis inferunt molestiam, plus solito nobis timo-
 rem incutere recte perpenderit; facili ratione, quid sit sen-
 tiendum, pro ueritate iudicabit. Et, si mentis acie pauper-
 tatem, labores, atque exilium animaduertere uoluerit, ea
 per se ipsa mala non esse cognosceſ; cum multi diuitias, tam
 quam uerae felicitatis impedimenta, contempserint: alij, pa-
 triam derelinquentes, multas, uariasque ciuitates, ut sapien-
 tes, perfectique euaderent, petierint: ac nonnulli, cum, suo
 commodo, multaque animi tranquillitate uitam sibi degere
 possent, quamplurima pro patriae salute, horribilesq. la-
 bores, eorum gloria, atque aliorum auxilio susceperint: at-
 que denique, quidam morti ultro se offerre, ut, decedentes,
 uita, gloriae, aeternitatisq. digna, fruerentur, non dubi-
 tauerint. Quorum opiniones quantum uulgi opinionibus

A

con-

contrariae sint, non est, qui nesciat. Quapropter, cum alibi aquam Felicem, Sanctiss. D.N. Sixti V. iussu, impensisq. proprijs Romam ductam, non modo Urbis aerem humidiores non reddere, ut multi ex aduerso sentiunt, sed optimis qualitatibus praeditam demonstrare pollicitus fuerim; ea qua potero maiori diligentia, de ipsa sermonem habere animum intendam.

Ab hoc igitur sumpto initio, dico: quod, si ea, quae scripta reliquit Hippocrates, ueritati proxime accedunt, quod **Lib de aer. aq. & loc.** Medicus naturam, aquarumq. facultatem scire debet, eorum usum necessarium esse rationi consonum erit. & eo magis, **Pol. 7. cap. 11.** quo magis Aristoteles, de his, quae requiruntur ad situm nouae ciuitatis, sermonem habens, eam aquis abundare, pro hominum, aliorumq. animalium, atque multarum rerum uitae spectantium usu, necesse esse asserit. Et Galenus, idem affirmare uolens, membra corporis sicciore cibo, humidioraq. potu refici scriptum reliquit. Et ibid. sitim nihil aliud esse, quam bibendi appetentiam, ad quam statim quod irritamur confugimus. & in libro de Simplicium facultatibus aquam omnibus hominibus, cum sanis, tum aegris mirum in modum necessariam, communemque esse. ac in libro quarto de usu partium, corpori pariter necessariam esse, non quia aliquam ipsius partem nutrire ualeat, sed solum quia cibus, cum in uentriculo paratus reperiatur, commode per omnes eius partes distribui possit, asserit. Quandoquidem, qua ratione per uenarum paruorum amfractus transire possit, nisi ab aliqua aquosae humiditatis particula duceretur? Nec mihi in praesenti differendum est de eius nomine, cum nullius sit momenti; postquam nihil aliud, quam, quantum aberrant ii, qui absque ulla rerum naturalium consideratione, aquam Felicem, aerem Urbis humidiores reddere, multaq. corporis aegritudines efficere affirmant, ostendere, mihi animus sit. Et, ut ipse, uti ordo postulat, progrediar; primo, an aqua pura reperiatur, uidere optimum factum erit.

Si ea, quae scribit Auerroes, recte perpendere nobis placebit, non reperiri, credere facile erit; propterea quod inquit: Si daretur aqua pura, calefieri, aut frigesieri nequaquam posset, sed, quae in ea miscentur, horum effectuum cau-

fas esse, iudicatur. Quod confirmatum uidetur a Galeno in libris de Simplicium facultatibus, dum eam nullo pacto puram esse ait. At, dum gustu, odoratu, ac uisu talis esse uideatur, omnium qualitatibus, quae sensu deprehendi possunt, expertem esse apparet. Alias eius auctoritates, hanc rem confirmantes, breuitati studens, in medium afferre praetermitto. **1. cap. 5.**

Quis aquae sit locus, nemo est, qui ipsum non uideat. at tamen, ut facilius intelligatur, dico: quod Aristoteles, sermonem habens de cuiuscumque elementi situ, elementum aquae esse illud ait, quod terrae magis adhaeret. Auerroes deinde quarto de Physico auditu locum terrae concauum aquae esse inquit, adeoque, eam inter terram, ac aerem esse, pro certo haberi debet. Galenum etiam in libro de historia Philosophica, ubi de totius Orbis ordine loquitur, idem sentire, clarum est. & in libris de usu partium corporis humani idem Platonis testimonio confirmat. At, quoniam, ratione, atque auctoritate id, quod patet sensibus, probare uelle, est intellectus imbecillitas; ideo considerandum est id, quod de ea considerari solet, an uidelicet in aeris naturam transmutari possit.

Aristoteles primo Meteororum, de maris falsedine scribens, aquam in aerem; aerem in ignem; ac terram in aquam, non totum elementum in totum alterius, sed cuiuslibet partem in alterius partem, (cum aliter fieri non possit) transmutari posse, clare demonstrat. Galenus postea primo de elementis, ac de temperamentis tertio, terram aquae; aquam, terrae, ac aeris; aerem, aquae, & ignis naturam posse assumere, decreuit. Sed, qua ratione unumquodque in aliud transmutari possit, cum sit alterius indagacionis, quaerere praetermitto; cum omne id, quod haecenus a me dictum est, sufficere uideatur. **Cap. 3.**

Propterea de eius natura uerba facere (ut, clare perspecta, uti spero, unusquisque quam sibi magis competit, eligere possit) intendo. Dico igitur, quod Galenus primo de Simplicium facultatibus, aquam, ueluti eam, quae natura frigida, ac humida est, refrigerare, ac sitim tollere asserit. & in primo libro de medicamentorum facultatibus idem confirmat. & paullo inferius, qua ratione sitim, quae ex humidi defectu, uel calidi abundantia oritur, acetum sedare possit, decla-

rans, acetum hydropicis, corpus humoribus falsis refertum habentibus, multum cōferre subdit. Verum aquam, quae refrigerat, omnibusq. est humidior, id semper efficere, apparet. & in secundo, de oleo sermonem habens, aquam corpora humida facere scribit. idem in quinto confirmare pariter legitur. multisq. aliis in locis ita clare eius naturam declarare uidetur, ut alterius testimonio egere non deberet. Attamen, quia Philosophi de hac edem re consulto agere solent, non erit ab re uidere ea, quae Aristoteles, ac eius magnus commentator Auerroes in libris de anima in medium afferūt. quo in loco, cum dixerint de odoratu, ac gustu, de tactu loqui incipientes, hanc sententiam superius dictā eos confirmare, manifestum est. Quod inferius clare, & praesertim in libris Meteororum declarant. Quocirca ex Medicorum, Philosophorumq. opinione, aquam frigidam atque humidam natura esse, antiquorum sententias, ne longior, ac difficilior uidear, omittens, definire potero.

Et, cum multae aquarum qualitates reperiantur, omnes earum differentias recensere, ut ab illis probae, salubresque ad usum omnium, uitiosae autem, ac insalubres ad fugam cognoscantur, optimum factu erit. Vnde, ab Aristotele sumpto principio, inquam; quod ipse, in libris Meteororū, Maris naturam, ac originem docere uolens, ait; quod aquarum existentium supra terram, aliae fluunt, aliae absque ullo motu; fluentesq. a fontibus ortum ducere, stantes uero aut a pluuia colligi, aut in loco satis decliui scaturire uidentur, cum loci ratione fluere non possint, affirmat. Fontes deinde uel sunt a natura constituti, uel ab arte fabricati. Quae stantes dicuntur, uel palustres, uel stagnantes appellantur; & inter se, prout maior, aut minor earum quantitas apparet, differre uidentur. Sed, quia earum diuisio nimis generica est, quid Galenus de his memoriae prodidit, uidere, rationi consonum erit.

In libro igitur, in quo de aere, aquis, & locis loquitur, ita scriptum reliquisse legitur; quod maxime sunt animaduertendae aquarum differentiae. Nam aliquae a palude; quaedam a lacuna; aliae a fontibus; multae ab his, quae e Caelo decidunt; nonnullae a niue, seu glacie; paucae ratione metallorum in eis contentorum inter se differentes, aut quae

Cap. 15.
Cap. 2.

9. t. c. 101.

9. cap. 2.

in eis sulfuris, nitri, aluminis, bituminisq. portio aliqua miscetur, uel herbarum, quae in eis gignuntur, reperiri, litteris mandauit.

Et, quoniam incolae naturam, atque qualitatem uniuscuiusque, ut eam eligere, quae magis eorum sanitati necessaria est, possint, cognoscere debent; iccirco Paludis aquam, Lacunaeque, cū aestate necessario calida sit, cum incrassetur, & corrumpatur, pessimam esse, rationi congruum est. &, quia ex ea, quae a niue, glacieque, liquatis a solis radiis, miscetur, magnam pituitae copiam gigni; uocis raucedinem, lienis tumorem, uentris duritiem, spatulaeque, gulā, atque faciem subtiles, tenuesq. effici a serit; ideo & haec quoque mala. Immo eos, qui eas potare cōsueuerint, & pectus, & uentrē satis calidū habere necesse est; & ob id, edaces, siticulososq. esse par est. Quorū multos hydrope, aestate dysenteria, aluique profluuio, atque quartanis febribus laborare uidemus; Hieme uero peripneumonia iuniores, insaniaque; seniores febribus ardentibus affectos perspicimus. Mulieribus tumores accidunt. Vixq. ipsae concipiunt, ac difficulter pariunt. quod quando euenit, fetus magnos, ac tumidos emittunt; deinde tabescentes, ex alimentis, ac deprauati fiunt. Pueri hernia, hominesq. uaricibus, crurumq. ulceribus afficiuntur. quare, eos longae uiae esse, fieri non potest. Ad haec mulieres, has aquas potare consuetae, multoties se utero gerere existimantes, cum pariendi tempus accedit, ab illa uentris mole, plenitudineq. libere euadunt. ideoque, cum id eis ab aquis contigat, eas prauarum qualitatum esse, censendum est.

Has sequuntur illae, quarum fontes e petris emanare animaduertimus. Nam, dum alicubi aquae sunt calidae, ibi ferrum, aes, argentum, aurum, sulfur, alumen, bitumen, aut nitrum gigni, cum haec omnia caloris uis in his locis gigni compertum sit, ostendit. Non erit igitur mirum, si ex huiusmodi terra aquae non bonae, sed durae, aestuosaeque, adeo, ut difficulter mingantur, atque ad alui egestionem sint contrariae, prodeant.

Optimae autem sunt illae, quas ex sublimibus locis, ac terreis callibus fluere uidemus, cum hae dulces, ac albae sint, hiemeque calide, ac aestate frigidae percipiuntur; uinique modicam quantitatem ferre possint; talesque ex profundis

fimis

in

simis fontibus emanare cognoscuntur. Maxime laudibus deferendae sunt eae, quarum fluxiones ad aestiuum Solis ortum erumpunt, cum necessario splendidiore, leuiore, odoratioreque animaduertantur. His proxime accedunt, quae inter aestiuos Solis exortus, & occasus, originis principium trahunt. Pessimae omniū uero sunt eae, quas, ad Austrum respicientes, inter aestiuum ortum, ac occasum emanare uide-

Cap. 1. &
3.

mus. Et in libro, in quo de bonitate aquae sermonem habet, legimus, aquas ortum Solis respiciētes prae omnibus subtilitate, humiditate, odorisque probitate optimas esse. Hinc, eas uocis raucedinem, colicam passionem, conuulsionesque gignere, mirum esse non debet. Bene uerum est, quae austrum respiciunt, magis calidas, magisque salsas esse, difficulterque per lotium transmitti, quamuis corpus naturaliter moueant. quod idem Galenus pro cōperto habet.

Denique, quae a uentis septentrionalibus agitari animaduertuntur, quamuis dulces sint, absque ulla temperatiae specie refrigerare solent. Praeterea aestatis, atq. autumnī tēpore in aliquibus agris nitri, sulfuginisq. portionē reperiri certum est: ideo agrorum aquas, in quibus haec non reperiuntur, meliores, ac salubriores esse cognoscimus.

Et, quoniam montium nonnulli sunt lapidei, aliique terrei, hos continuo aquas eis salubriores habere credendum est. Nam terrei molliores, minusque frigidas, lapideique duriores, frigidioresque, quamuis puriores, habent. Sed ea differentia aquarum, maxima animaduersione digna est, quae ratione metallorum, herbarumque in eis genitarum intercedit. Quandoquidem, in quibus aliquod metallorum genus miscetur, non modo incolas proximiores, uerum etiam unumquemque potantem laedunt. At herbas aliquando aquis nocumento, aliquando adiumento esse uideamus: ideoque sium, calamintha, adiantumque, cum copiose nascantur in riuis, ac in aquarum, per quos ipse fluunt, ductibus, ab eisque quaedam uirtus medicamento similis emergat, aquam malae qualitatis, salubrem, salubremque, uitiosam reddere, compertum est.

Quod igitur in aquarū delectu animaduertitur, est, quod hieme calidae, aestateq. frigidae sint; quod a gustu nulla earum qualitas consideratione digna percipiatur; paruum uini

quantitatem ferant; omnibusque uinis optime misceantur. Modo, si ea, quae melior, salubriorque existimatur, ac absque ulla alterius rei residentia erit, leuiorem futuram esse certum est, nec cum terra mistam esse, cum ab ipsa grauitas proficiscatur, dici poterit. aliud, quod ipsius bonitatem ostendere uideatur, est; quod cito calefiat, citoque refrigeretur, ac statim mingatur. Ex quibus, aquam, natura ad excernenda excrementa irritatam, malae qualitatis esse, facile colligi potest. Verum, eas, quae in uno quoque tempore calidae, frigidaeque sunt, pessimae esse, asserendum est. Si quidem terra in eius superficie aestatis tempore fit calida, calidumque illud in hieme a frigore in eius uisceribus expulsus, retrahitur. Et ideo fontes, a profundissimis terrae locis emanantes, hieme calidos, aestateque frigidos esse, eosque, a terrae superficie erumpentes, pro temporum qualitatibus suas condiciones mutare, credere, rationi consonum est. & quamuis aquam in aliquibus locis hiemis tempore deficere, aestateque augmentum recipere mire uideatur, cum cōtrarium magis sit credendum; nihilominus, cum huius rei causam calidum esse appareat, aestatis tempore aquam ad se trahere iudicandum est. Hinc est, quod fontes, in uisceribus terrae a natura fabricati, parum, aut nihil ab aquis e caelo decidentibus assumptis, hieme paruum aquae, aestate maximam quantitatem habere, perspicuntur.

Et, quoniam multae in diuersis terrae locis sunt nullius cōsiderationis, cū earum qualitas, naturaq. ignota sit, ac ab illarum regionum incolis percūctari satis sit, cum, quae praeter rationis usum reperiuntur, sciri non possint, nonnullas, ut eis, qui legere, ac Naturae arcana intelligere uoluerint, satisfacere possim, pro uiribus referre bene actum erit. In Leontinis, ut scriptum reliquit Galenus, est aqua, ex qua qui biberit, statim moritur. Apud Sauromatas stagnū reperitur, quod nec uis eum transuolare potest. Aliud, fert ipse, apud Medos esse, cui ichorem nigrum supernatare dicunt; qui, ubi igni admotus fuerit, acceditur. Est etiam Susis, aqua, quae bibita dentes excutit. Qui ex aqua fluuii Sybaris biberit, generare non poterūt. In Aethiopia aquam esse, rubram appellatam, & furorem bibentibus inducere, legitur. Quae in Aegypto est, potantium capita depilare percre-

buit. Pompilius Azzalius Placentinus in libro, quem scripsit de Mundi rebus admiratione dignis, refert, in Armenia maiori fontem adesse, habentem aquam oleo similem, ad comedendum inutilem, sed lapidibus propriam, tantae quantitatis, ut breui centum naues onerariae impleri facile possent. Sub Monte, Balumbo dicto, in Insula Lombae, in Mari Indico satis famosa, fontem esse, a quo originem suam trahit fluuius, qui semper optimi odoris, suauissimique esse animaduertitur, & in quaque hora odorem mutans, tantae bonitatis, ut bibentes a multis morbis liberos euadere, vires reficere, optimumque colorem eis reddere, memoriae proditum sit. Addit, ex Alberti Magni testimonio, in Idu-maea fontem adesse, habentem aquam, quattuor humoribus naturalibus similem; trium mensium spatio puluerulentam; in aliis tribus, ueluti sanguis est, rubram; in sequentibus uiridem; ac in reliquis claram, uti aqua pura conspicitur. Et, ut Plinius scribit, in Brundisii portu aqua uini saporis similis surgit; multique eam bibentes eius gustu allekti, uinum eam esse crediderunt. Ad haec, bibentes ex fontis electorii aqua, uinum odio habere, & aquam mirum in modum desiderare, se legisse inquit. In Arcadia lacunam esse, ex cuius aqua die bibentes laedi, noctuque refici testatur. Circa flumen Boeotiae duo fontes conspici, quorum unum obliuionem, alterum memoriam gignere, addit. Albertus quoque scriptum reliquit, duos fontes in Sicilia reperiri, dulci aqua refertos, quorum unum fecunditatem, alium eius contrarium hominibus inducere subiungit. Et in Macedonia, iuxta Euripidis sepulcrum, quandam aquam surgere, ex qua balneatos statim occumbere inquit. Et ex Plinij sententia ait, quod fons Iouis in Bedone reperitur, qui, cum natura frigidus sit, faces accensas exstinguit, ac exstinctas accendit. & addit, quod in Mauritania fons quidam perennis est, interdiu frigidus, noctuque calidus, ut in eo quis manum ponere non possit. Multos alios, ab eodem auctore in medium allatos, (nam unusquisque ipsum legere cupiens sibi ipsi satisfacere potest,) omitto.

Aquae, quae e caelo decidunt, & in receptaculis arte sub terra fabricatis, seruantur, cum leues, dulces, subtiles, ac splendidae sint, optimae sunt, inquit Hipp. in libro de aere,

aquis, & locis. & quod id uerum sit, in maris falsedine propter eius crasfitiem, grauedinemque, ac subtilitatem a Solis radijs in sublimi ductam, clare id intelligi posse, scribit quamuis hae omnibus alijs citius corrumpantur, maleque oleant, cum ex alijs multis mistae, congregataeque sint. At in altum sublatae, motuque agitatae, adeo cum aere miscentur, quod pars crassior separata descendens in aërem, aut nebulam conuertitur; subtilior ac leuior remanens, dum a Sole calescit, ac coquitur, ita dulcis, uti omnia alia, quae coquuntur, euadit. Bene uerum est, quod, quae in altum trahuntur, a contrariorum uentorum impetu congregatae, in partem densiorem decident. Et, quia Galenus, Hippocrates, Aristotelesque, quando id contingat, multis in locis declarare uidentur; ideo omnes, per eos cupientes id animaduertere, difficultates, quae huic sermoni parum adiumenti possunt afferre, omittere decreui.

Memoriae igitur aquae e caelo cadentes subtiles, leues, puras, atque dulces esse prodidit; & si quis in eis aliquid coquere uoluerit, id cito exequetur. Caesunt; refrigeranturque citissime, ac parua uini quantitate miscentur. Quocirca digestionem, lotio, hepatis, liaeni, uenis, pulmonis, ac neruis prodesse, compertum est. & quia facultatem fortiter refrigerandi non habent, iccirco his qualitatibus tales iudicantur. Nec ab re aquas pluuias laudibus extollit, quamuis e caelo decedentes, aestate, ac autumno, salubriores, cum omnes alias, quae supra terram sunt, ui, ac bonitate antecellant, esse deberent. Verum, quoniam eiusdem qualitatis omnes esse non possunt, cum in his temporibus uapores sicciiores ijs, qui uere, ac hieme efferuntur, sursum ducantur, propterea, cum in eis maxima terrae colluuius ab aqua pluuiata congregata misceatur, necessario sicciiores esse, plus nitri in se continere, ac ad abstergendum aptiores, facileque ad intestina descendere, quamuis non ad renes, pulmonem, ac arterias, constat. Ad haec, maiorem uini quantitatem alijs ferre uidentur: quo cum nitrum, quod in eis est, facile superatur.

Differunt quoque hae aquae ratione uentorum, tam septentrionalium, quam australium. Nam septentrionalibus, quamuis frigidiores, dulciiores, at australibus, calidiores,

minusque dulcēs, cadunt. Et Hippocrates eam salubriorem esse, quae ab aere oritur, uel tonitruis commiscetur; deterioreque eam, quae temporaria, ac procellōsa ab eo nuncupatur, inquit.

Puteorum aquae, aquis pluuiis, ac fontium, deteriores esse, manifestum est, eoque magis, quo magis loca, in quibus scaturiūt, coeno plena sunt, aliquod metallorum genus in se continere, atque perturbatae, corruptaeque esse, conspiciuntur. Nec id eis euenire mirum est, cum non propria natura, atque uis, sed alterius auxilio ac opera surgant. At, deficientibus aquis pluuiialibus, atque fontium, puteales aquae usui seruandae sunt, praesertimque eorum, qui orificium latum, solisque ortum respicientem, in aere libero situm, non a loci angustia clausum, nec minus fundum illuue, coenoque refertum, sed splendidum, ac glareā munitum, aquasque puras, & absque ullo saporis, odorisque affectu habet.

Vastorum fluuiorum aquae, in quibus stagnorum, lacunarum aquae, ac multa, diuersaque earum genera miscentur, ab Hippocrate, uti ea, a quibus innumerabiles morborum species, praesertimque uesicae renumque lapidem, coarum affectus, liaenis tumorem, maximam uiscerum obstructionem ortum habere experimento comprobatur, quae cum per longum terrae spatium fluant, multasque ipsius species tangant, modo sabulum, arenam, atque coenum, modo salem, argillam, atque glaream trahere animaduertuntur, ex quibus praedicta morborum genera originem ducere existimandum est. Qui igitur ob pluuiarum, fontiumque defectum aquam fluuiorum bibere coguntur, eos maxima diligentia, ut quam minori periculo aquae eligantur, atque pro bonis insalubres non assumantur, indigere credendum est. Delinquit igitur, magnopere, qui eam ex ripa, & non ex fluminis medio eam accipit; Quandoquidem, quae sunt in medio, ob earum motum, solisque splendorem, atque suorum radioꝝ calorem, subtiliores, dulciores, puriores, atque leuiore esse necesse est. Sed, quae ex ripa assumuntur, turbidae, luto, coenoque mistae, maleolentes, atque, ut uno uerbo dicam, corpori humano paenitus aduersantes, iudicantur.

Ex quibus comprehendendi potest, quantum errent Urbis incolae,

incolae, & alii, dum aquam Tiberis hauriunt: quae quamuis meo iudicio, sit earundem qualitatum, quarum est ea, de qua Hippocrates loquitur. cum in ea multorum fluuiorum, lacunarum, aquae misceantur; nihilominus, cum praetitorum temporum experimento, eas optimarum qualitatum esse, iudicatum fuerit; quamplurimisque rationibus ab excellentis. Philosophiae, medicineque Doctore, Domino Andrea Baccio, in eo libro, quem ipse superioribus annis de Tiberis aqua compilauit, probatum sit; idem de ea sentire, optime factum iudicarem; cum eisdem qualitibus, quibus aquae salubres, insignitae, praeditaeque sint. Verum, quoniam praeculis omnium bibentium nonnullas dubitationes, mihi maximam molestiam inferentes, ponere pro eorum salute existimaui. ideo hilari, pacatoque animo, omnia ea, quae posteritatis memoriae trado, ut ueritas, quam maxime desidero, magis elucescat, in medium afferam.

Primo: qua ratione Tiberis aquae, ut communis omnium consuetudo fuit, (excuius uiuendi ratione fere continuo morbi uulgares, atque contagiosi oriuntur) meliores, salubrioresque sint aquis, mandato, impēsaque Sixti Quinti Romam ductis, uidere nescio. Et, si Galeno fides prestanda est, qui de optima aqua in libris de Simplicium facultatibus sermonem habet, nulli dubium est, quod eius bonitas ab odore, calore, gustuque considerabitur. Vnde, cum odorem alii cuius qualitatis, saporemque sensu praeditum, atque calorem praeter clarum, ac lucidum habere non debeat, eam, quae qualitates his contrarias habeat, naturam omnium pessimam retinere, concludi poterit. Et, cum dicit Hippocrates in libro, in quo de aere, aquis, & locis agit, aquas pluuias subtiles, dulces, leues, ac splēdidas, & iccirco omnibus alijs salubriores esse; alias, quae has qualitates non habuerint, aut laudibus adeo non extollit, aut maximi nocenti esse decernit. Hinc est, quod Galenus, malitiam, atque aquarum bonitatem referre cupiens, de ipsis singulatim agere uoluit: in quo, declarans, quae sit bona, & quae non; aliter sentientes maxime aberrare, liquido monstrat.

Itaque, cum res ita se habere existimandum sit; quae ratio nos cogere poterit, ut credamus, Tiberis aquam salubriorem esse ijs, quae ex fontibus clare, subtiles, dulces, ac le-

ues erumpunt? Et, si quis eam in uasibus ex argilla decocta fiet is, aut in receptaculis ex lapidibus, uel lateribus, calceq. optime incrustatis, per aliquod temporis spatium seruata, aquae bonae, ac perfectae naturam acquirere dixerit: Respondeo, mihi ipsi difficulter persuadere posse, adeo clara esse, ut aliqua ratione pro temporum curriculo, ei aliquid subsidere non animaduertatur.

Ex quibus fere certe colligi potest, omni qua uti debet diligentia, fieri non posse, ut aliqua corporis mala ualitudine bibentes non afficiat. Et, quamuis huic difficultati a recentioribus, dicentibus naturam nostram bonum a malo diuidentem, hoc expellere, & illud ad se trahere; responsum uideatur: tamen, cum Hippocratem in libro de aere, aquis, & locis, Galenumque in quamplurimis suis libris hanc sententiam improbare meminerim, legere cupientibus, rei ueritatem considerandi, ut noxas, quae ex aquarum insalubrium usu proueniunt, iudicando sibi ipsis satisfacere possint, trado. Ad haec, si radiorum solarium calore, motuque proprio eius perfectioni consuli (uti credere dignum est) potest; qua ratione, ea, quae ex fluuij medio salubriores ijs non sint, quae, (ut fert consuetudo) ex littore pro potu assumuntur, cum haec sint turbidae, crassae, maleolentes, graues, coeno, lutoq. refertae cum facilius alijs a quacunque alia fluminis parte assumptis puriores reddi possint, coniecere non possum. Bene uerum est, quod, praeteritorum temporum experientia, eam optimam esse, omnesque, quae aquarum salubritati, qualitates competunt, habere, ostendit, Tamen eam, uno omnium consensu, recte purgatam bibere, animaduertere oportet. Hinc comprehendi potest quantum totius fluminis purgatio salubritati conducat, non solum, quia in eo, nulla colluuiouis nota conspiciatur, (cum, qui eam ferre solent, ita commode in aquam proicere possint, ut nunquam oculis appareat.) Verum etiam, quia a Solis radiis excaesata, corruptos uapores emittens, non sit in causa, quod homines, dum, respirando, aerem trahunt, eam qualitatem per os recipiant, quae, corpus, atque spiritus inficiens, pro uiribus ab uno quoque, qui sanitati studere cogitat, euitari debet.

Quod, ut moris est, recte purgata non bibatur, absque ullo

labore

labore demonstrare posse mihi uidetur. quandoquidem uel homines pro eorum uictus ratione plurimum, aut mediocriter, uel nihil aut parum impendere possunt. Qui multarum rerum copia abundat, nisi maxima eorum in curia praetermiserint, receptacula, supra, uel sub terram, arte fabricata, in quibus aquam ponentes Tiberis, tribus saltem mensibus, antequam bibatur, ea feliciter fruuntur. Vel utuntur uasibus fictilibus. Vulgo uettinis, in quibus quantolibet tempore eam seruare cupientes minus puras supradictis habere necesse est. At pauperes, quorum numerus est longe copiosior, ob receptaculorum dictorum, uasorumque defectum, eam uix claram, aut purgatam per os assumere uidimus, qui, in magne charitatis tempore, cum fructus, cibosque, brutis competentes, ob panis, aliarumque rerum uitae humanae necessariorum inopiam, crebro comedant, morbis contagiosis, pesteque affici coguntur. Hinc hac de causa, in multas aegritudines incidere potuisse, in presentiarumque posse, existimari poterit: quod non contingat eis, qui multis eorum commodis omnium rerum copia uitam degere possunt. Quocirca non modo multi Tiberis aquis non dum puris, ac purgatis, uerum etiam ante quartum assumptionis diem pro potu utuntur. Utinamque superioribus annis non fuerint, qui eam secundo die biberint: nam paulatim immaturae morti non occurrissent. Ex qua causa in Vrbe (crebrius omnium opinione) morbos contagiosos quamplurimos ortos esse, cogitandum est.

Quod Tiberis aqua, ut tulit, ac fert omnium fere consuetudo, epota, ea, quae ad Urbem ducta fuit, salubrior non sit: ab omnibus utrarumque qualitatibus dignosci potest. Nec aliquem, qui de hoc dubitaret, ne dum contrarium asserere audeat, inuenire, reperiri posse, mihi uidetur. Istud tamen, quod ueritati congruum esse sentio, in huius sermonis progressu, certius usquequaque reddetur, ut ab incepto non desistam, de hac re uerba facere decreui; ut ea, qua potest maiori facilitate, an haec aqua aerem Urbis humidiores reddere possit, cognoscatur.

Sed, antequam ad id declarandum accedam forsitan legentibus mirum in modum satisfactum erit, si prius nonnullas dubitationes mihi occurrentes considerare proponam. &

inter

inter alias, quae mihi in mentem ueniunt. Primo perbel-
le actum esse uidere iudico, an aqua sit humidior omnibus
alijs rebus. Posteaque, an epota, uel exterius occursans so-
lidas animalis partes humidiores reddere possit. &, quo-
niam breui uti sermone decreui, dubitationem primo loco
propositam declarans, quicquid sensero, breuibus etiam in
medium afferre mihi animus est.

Cap. 3.

Sibi ipsi multis in locis uidetur Galenus contradicere, &
praesertim in libro de Simplicium medicamentorum facul-
tatibus, in quo de sitis causis agens, nihil humidius aqua
esse ingenue fatetur. & in primo eorum, qui agunt de ui-
ctus ratione in morbis acutis, uinum atque mulsam, res
magis humidas, quam aquam, reddere asserit. Propterea,
aquam in se ipsa consideratam omnibus alijs rebus humi-
diorem esse, ut primo de Simplicium medicamentorum fa-
cultatibus memoriae prodidit, attamen humectandi, alias
rebus maiorem uim non habet. Nam uinum, ac mulsam
magis, quam ea, humectare iudicatur. & ratio est: Nam
uinum, ac mulsam facilius ob eorum calorem, ac dulcedi-
nem, ad membra trahi possunt. Vel dici potest, quod quam-
uis excellentiori modo partes externas humidiores alijs re-
bus reddere possit, nihilominus internas, solidasque nec
epota, nec exterius occursans, humidiores omnibus alijs re-
bus reddere potest; ut in libris Aphorismorum scriptum
relinquere uoluit, aut denique: aquam omnibus alijs rebus
humidiorem esse dici potest, prout est subtilior omni alia
re, huius facultatis. &, cum natura diuidatur, propter len-
torem difficilius ipso oleo, in manu seruatur.

Sec. 4. com.
13.

4. com: 13.

Alteri dubitationi propositae, an uidelicet aqua epota,
uel exterius occursans, solidas corporis partes, humiditas
reddere possit; dico, quod ex una parte Galenus in Apho-
rismorum libris, id aliquo modo efficere posse negat. & ue-
rae rationi competere uidetur. Nam, quemadmodum in li-
bris, in quibus de uictus ratione in morbis acutis agit, non
nutrire asserit, non igitur poterit solidas corporis partes hu-
midas reddere, cum alimento sibi congruo nutriantur. &
in eodem libro, de aqua pura sermonem habens, eam sitim
non sedare, aut alere, inquit: &, quod id ueritati proxime
accedat. in duodecimo libro de methodo medendi, uerba

faciens,

faciens, de cura febris ethicae, in qua omnes solidae corpo-
ris partes sunt exiccatae, omni diligentia balneis aquae dul-
cis restaurari debere, memoriae prodidit. & in his, in qui-
bus de medicamentorum simplicium facultatibus loquitur, 1. cap. 8.
aquam dulcem sitim sedare, aliasque maiorem bibendi
appetentiam, quam anteaquam ipse biberentur, relinquere
asserit. ac inferius de siti uerba faciens, aquam, uti ea,
quae natura frigida, homidaque est, refrigerare, sitimque
sedare, cum nihil (uti ipse ait) aqua sit humidius, asserit.
Idem in libro quinto, de medicamentorum simplicium fa-
cultatibus, dum hoc pacto loquitur, sentire uidetur. Cap. 5.
Oleum igitur, ac aqua calida humidum corpus reddunt, & ca-
liditatem inducunt: at, si misceantur, multo magis id prae-
stare, clarum est. aquam igitur corpora humida facere, de-
finiendum est. Nam, dum cutis, poros, aperit, causa est, ut
calor, qui corpus siccum reddit, foras emanet. & hac ra-
tione, aquam corpora humida facere, ut calidum intra clau-
sum, per poros ab ipsa adaperitos diffilare, sanciri poterit. Ex
quibus Galeni auctoritates, quae inter se discrepare uiden-
tur, concordari facile posse, declaratum est. Sed iam, pro
maiori intelligentia eorum, quae dicta sunt de aeris essen-
tia, qualitatibusque differendum est.

Quod aeris occursum uitae nostrae sit necessarius, auctor li-
bri de flatibus, mortalibus uitae auctorem rectissime di-
xisse uisus est. Cuius tanta necessitas est, ut eo priuatum
animal temporis momento, uita excedere oporteat; cum a
spiritu ducendo, nulla umquam quies mortalibus dari pos-
sit, ut cessent aerem attrahere, ac rursus exhalare. Ob id
Arabs Auicenna, aerem nostrorum corporum, ac spirituum
elementum esse, appositissime dixit. Equidem, cum, cor-
porum nostrorum, & uitae nostrae subsistentia, spirituum
in nobis, & copia, & commodatione constet, illorumque
uigore nitatur, (quae concors est cum medicorum, tum phi-
losophorum omnium sententia) spiritus autem ipsi alimen-
tum ab aere per inspirationem attracto capiant, ut de utili-
tate respirationis libro testatur Galenus; necessarium fate-
ri, erit, ut aeris magna sit mortalibus cunctis, uel sanis, uel
aegris ratio habenda; sine quo, neque in secunda, neque in
aduersa ualitudine uitam degere uel momento possumus. 9. Methodi.

& ideo

& ideo sine ambiente nos aere, nec motum ullum, nec sanitatem constare scriptum reliquit. Praeterea Aristoteles in multis suorum librorum scriptis, & praesertim in libris de generatione, & corruptione, inquit, quod elementa mixtorum corporum generationi concurrunt; & cum aer connumeretur inter quattuor elementa, talem esse necesse est.

Ad haec etiam, ita motui naturali, uti uiolento, necessarius est. Cum igitur nec uiuere, neque nasci, neque moueri absque eo quisquam possit; bonas, aut malas eius qualitates recensere ut bonum, nostrae salutis gratia, eligere, malumque, mortis causa, euitare possumus, utile erit. Quocirca, cum moderator primus, ac caloris naturalis conseruator, tunc temporis salubris erit, quando sua propria natura purus, splendens, subtilis, apertus, ac liber, nullis inquinamentis obsitus, nulla corruptione affectus, nullo malo odore, uel crassitie, seu corruptela perfusus animaduertetur. qui lenibus, ac suauiter spirantibus uentis diffusus, adeo agitetur, ut serenitate multa abundans spiritus nostros recreet, atque reficiat. Cui contrarius sane is erit, qui aut stagnantium aquarum, aut paludum halitu infectus fuerit; aut ex quodam profundo specu pestilentem spirauerit aerem, quiue aut e cloacis purgantibus uitium extraxerit; aut ex animalium laniena, olerum, aut leguminum, fimi uel putredine inquinetur; seu ob uasti fluminis, stagnique uicinitatem, nebulosus, crassusque, & caligine plenus erit. Nec minus uitiosus existimari debet, qui editis undique montibus saeptus, demissoque loco, ac cauo arcatus, atque conclusus nullum recipit perflatum. cum enim putris is sit, suffocare solet, & similis est ei, qui, diu non diffusus (ut in domibus quibusdam, quarum fenestrae, ac lumina occlusa, nouo aeri multos annos aditum non fecerunt, est uidere) squalorem, ac putredinem, multo nidore coniunctum obtinet. Qui igitur aer ad hunc modum affectus fuerit, omni aetati, omni temperamento, omni denique animantium generi, ne dum homini, est noxius, ac pestilens; & adeo fugiendus, perinde ac purus est omni diligentia amplectendus. Quandoquidem Galenus, saluberrimum omnibus, in pulmones aerem trahere, quo puri inde generentur spiritus, testatur, ut ab illo generentur spiritus puri; uti pestilenti-

stilentissimum est, noxio aere uti. Quod animaduertens doctissimus, ac prudentissimus Columella, de Catonis, atque Varronis sententia, neminem sanum debere facere sumptus in pestilenti, quamuis feracissimo, pinguique agro, censuit, cum incertum sit, an Dominum sinat ad fructus peruenire. Igitur subdit, Aer calore, & frigore temperatus petatur, quem ferè medius obtinet collis, quia neque hieme pruinis depressus torpet, neque torret aestate uaporibus, nec etiam elatus ut summa montium perexiguus uentorum motibus, aut pluuiis, omni tempore anni saeuat. Hi itaque erunt mediocritatis in aere ambiente termini, ut in ea degentes neque propter frigus horreamus, neque propter calorem sudemus. Qui igitur ad hunc modum fuerit in symmetria positus aer, is profecto omnibus ex aequo utilis erit. Hinc, quantum uitae longitudini proficit uiuere in regione optimo aere praedita, clarum est. De quibus cum satis a me in prima parte, in qua de corporis temperamento, de praeclearis animi dotibus, ac de prouidis, insignibusque rebus gestis Sanctiss. Domini Nostri SIXTI Quinti dictum sit, legentes ad ea, quae scripta sunt, remitto.

Quod aer sit, & non uacuum, ut quamplurimi ex antiquis asserere ausi sunt; ex superius dictis, facile intelligi potest; cum non solum hominum, animaliumque, atque mixtorum generationi, uerum etiam eorum uitae longitudini, ac durationi, necessarius sit; ideoque multos fuisse, qui principium omnium rerum (ut Galenus testatum reliquit) aerem fuisse dixerint, mirum esse non debet. At, cum sub uisus sensu non subijciatur, nonnulli, non dari, pro eoque uacuum esse, uti Aristoteles, atque Auerroes, memoriae prodiderunt, existimarunt. Sed, cum, dum tangitur, etsi non purus, tamen mixtus, esse percipiatur, uti Aristoteles libro de generatione, & corruptione, docet, id fateri necesse est. Qui ignem atque terram elementa pura, aquam uero, ac aerem esse mixta, in ignisque concauo situm esse, asseruit.

Vnde postea originem trahat, ex Galeni uerbis quarto de Simplicium facultatibus animaduerti licet, qui, in fine, de frigidi, humidis, calidis, sicque natura sermonem habens, terram scribit carbonem accensum fieri, non autem aquam, ratione humidis, cum nullo pacto sicca quamuis uehementer

Libr. 3. de
diff. pulsuum
lib. 2. de anima,
lib. 4. phy. cõ.
78. & 84.
Lib. 1. t. 23.

Cap. 2.

ter calida reddatur, euadere possit. Hinc aerem ab aqua ortum habere, cum ambo inhumido conueniant, calido, frigidoque iungitur. Et Aristoteles idem confirmat. Nec mirum est, cum in multis suorum librorum locis uicissim unum in alterum mutari; ueluti Aqua in terram, ac aerem; Aer, in ignem, ac aquam; Ignis propter consensum calidi, quod est in eis: Terraque in aquam, cum ambo frigidi participes sint. Quae, maximam molestiam Hieronymo Fracastorio intulisse uidetur, in eo libro, in quo de sympathia, & antipathia rerum disseruit; dum, de elementorum qualitatibus agens, unicuique non conuenire, aut discrepare, nisi in quibusdam qualitatibus gradibus, persuasum iri contendit. At, quoniam haec sententia demonstratione, (ut mea fert opinio) non indiget, cum calidum, humidum, frigidum, & siccum, qualitates tactui manifestae sint; iccirco inter ea, quae sunt maximae admirationis, ut ipse inquit, eam connumerari non debere, sentio. Quocirca perbelle mecum actum erit, si cum Caesare Aeuolo, Neapolitano, uiro, Cum in re militari, tum in scientijs uere singulari, & numquam satis laudato, sentiendum esse dico. qui de hac re omni cum diligentia, in libro superiori anno in lucem edito agens, nos admiratione afficere debere inquit ea, quarum principia, & causas ignoramus. Sed, quia in elementorum qualitatibus, sympathia, ac antipathia omnibus sunt manifestae, admiratione dignas esse debere, rationi consonum non est; cum Terra aquae siccitate; Aqua aeri frigiditate; Aer igni humiditate; Ignis aeri siccitate; Aer aquae caliditate; Aquaque terre humiditate opponatur; & Terra aquae frigiditate; Aqua aeri humiditate; Aer, igni caliditate; Ignisque terrae siccitate respondeat. Et, cum formae eorum in eis actu esse non possint, partim inter se eas consentire, partimque repugnare congruum est. Cum igitur in eis mutua contrarietas, ac generatio animaduertatur, eorum generationis initium ea ratione esse scribit, qua Aristoteles memoriae prodidit. qui, dum pluuiae causam docet, ait; quod Sol, aquae uapores suorum radiorum calore attrahens, ipsi sursum cum exhalatione cum eis mixta ad aeris regionem ascendunt: in qua a radiorum calore, atque ab eo, qui cum eis sursum fertur derelicti, ac denique a medie regionis aere affecti, in

pluuiam

pluuiam mutantur. Non loquor in praesenti de marium origine. Qui postea, quomodo elementa inter se generentur, & corrumpantur, scire cupiet, Aristotelem, ac alios, qui de hac re loqui studuerunt, obiectum crimen a me repellentes legat, & cum ad rem parum spectet, de hoc uerba facere praetermitto.

Cum ex his, quae antea in medium allata fuere, humiditatem, caliditatemque aeris qualitates esse, sancitum sit, (quia is sit, ut corpora laedat) a sua propria natura eum destitutum, ab aliqua extrinseca qualitate, uel ab humiditatis augumento affectum esse necesse erit. Quod per difficile sciri poterit, nisi prius, quid sit alteratio; in quo sit posita; quibus rebus, quae ratione fiat; & quotuplex sit, ostendam; deindeque de augumento agere intendo.

Ab eius diuisione exorditus, alterationem, lato sumptam uocabulo, in propriam, ac communem partiri, inquam. Haec, sub se, (ut legitur apud Aristotelem, Auerroemque) non solum transmutationem, quae fit in substantia, uerumetiam illud, quod fit in qualitate, (quamuis qualitatis maxime propria sit) comprehendit. At, quoniam pariter apud Aristotelem, ac Auerroem habetur, alterationem (uti aiunt) spiritualem, corporalemque esse, me semper de corporali, numquamque de spirituali sermonem habere credendum est. Eam, quae fit in qualitatibus passiuis, esse propriam, ac ueram alterationem, ut ostendit Themistius, ac Auerroes, attendendum est; At, quae fit in substantia mutatio nuncupatur; appellaturque qualitas passiuia. quia fit a qualitatibus actiuis, ueluti a frigiditate, caliditate, humiditate, atque siccitate. Cuius, (ut scriptum reliquit Aristoteles, ac Auerroes) causa est materia, quae semper est in potentia in his, quae possunt partiri secundum magis & minus. In duritie, mollitudineque etiam consideratur, sed haec habent a primis. In libris uero, in quibus sermonem habent de principijs naturalibus, nonnullas alterationes principium temporis non habere, & sunt quae statim conspiciuntur, asserunt. Galenus deinde secundo Methodi libro, cum duas motus species altera loci, qualitatis altera oriatur, priorem, lationem, posteriorem alterationem esse debere, omnemque actionem motum actiuum, ueluti om-

C 2 nem

2. phy. 7.

5. phy. com.

15.

6. phy. com.

32.

1. phy. 1. 63.

Auerro. 2.

phy. cō. 1.

1. cō. 2.

1. t. c. 13.

6. com. 32.

nem alterationem motum passiuum rei alteratae, posteris scriptum reliquit. Quocirca alterationem principium, seu qualitatis effectum esse dici poterit. Vel, si dicatur esse mutationem eius, quod fuit prius, cum sit unum, & idem, cum qualitas, quae in corpore erat, mutetur, & noua generetur, parum refert. quandoquidem albedo eius, qui longo tempore sub radijs Solis permanet mutatur, eiusque loco nigredo generatur; frigidumque eius, qui proxime ad ignem accedit, mutatur, calidumque generatur. Nec aliquis, dum alterationem profero, qualitatis generationem esse credens, eam uere talem esse, seipsum decipiat: nam solius substantia propria est.

Hinc eam, eius essentiam alia ratione, qua dum fit, ostendere non posse, comprehendi poterit. & qui hoc pacto ipsa non cognoscit, aliter, quam in eius effectum, qui in patiente semper reperitur, fieri non potest. & declarare uolens ex quibus fiat, inquit; quod, quando rebus humidis temperamentum seruare intendimus, cibis humidis pariter uti debemus, siccisque ijs, quae eos tales reddunt. Sed, si forte alterare nobis opus erit, contrario, cum calidum a frigido; frigidum a calido: siccum ab humido, humidumque a sicco afficiatur, id praestandum esse necesse erit. Et libro decimo tertio Methodi, inquit. Quod, si quis ab animali uenenofo detibus laesus fuerit, maximoque dolore afficiatur, duobus modis eum sedare possumus, uel euacuando uenenum, a quo fit, uel ipsum alteratione afficiendo. euacuatur medicamentis fortiter trahentibus: at alteratur ijs, quae uirtute, uel manifesta, uel occulta contraria sunt.

Modo, quod humidum, quod ex aquis fontium Urbis oritur, aerem nos ambientem tantae humiditatis faciat, quod corpora laedat, per generationem probari non potest, cum ea substantiae sit, & non qualitatum elementorum propria. Nec minus per alterationem, postquam hic motus fit ex contrarijs. Remanet igitur, ut id habeat ab incremento, quod ueluti generatio alterationem praesupponere uideatur. cum res, quae incrementum accipit, alteratione afficiatur.

Quae Aristotelis est sententia in libro Physicorum; & confirmatur ab Auerroë in expositione uerborum eius, in

De diff. sym
pt. cap. 1.
6. de sanit.
tuen. ca. 3.

Cap. 6.

Cap. 7.

libris de Caelo, & Mundo. Et, quod id ueritati proxime accedat, cum tres motus species reperiantur, una, uti ipse dicit, magnitudini propria in libro superius citato. & est incrementum, atque diminutio: secunda est localis: ultima est alterationi conueniens.

1. com. 3.
secundum
simpl.

Nunc, quod aer, dum uere a quacumque qualitate extrinsecus accedente, alteratione nisi sit contraria, affici non possit, clarum est. Nec minus, ad hoc, ut sit humidior, motum ab uno loco ad alium, eum requirere, cum id absque motu fieri possit, credendum est. Igitur, ipsum incremento esse humidiores, sicut competit his, quae in medium attuli, est asserendum. Sed, ut ueritas magis elucescat eius, quod queritur, mihi sermonem habendum esse de humido, ordo postulat.

Dubitare, an sit humidum, postquam non solum aeris esse, sed etiam aquae probatum est, cum is sit calidus, & humidus, haecque frigida, & humida, rationi consentaneum non est. Itaque, cum corpus nostrum, aliaque omnia ex quattuor elementis igne, aere, aqua, ac terra, composita sint, aliam humiditatem naturalem habere non posse, quam eam, quae his duobus elementis inest, facile credendum erit. & quod hoc ita se habeat, ex similitudine, quam habent cum quattuor humoribus, ex eorum mixtione generatis, dignoscitur. Nam sanguis, a quo corpus humanum nutrimentum suscipit, est calidus, ac humidus, ueluti aer, cum quo uiuit, & sine eo nec unius quidem horae spatio ullo modo uiuere possemus. Pituita, quae bilem cohibere solet, frigida, humidaque est, & aquae respondet. Atrabilis frigida, & sicca, terraeque similis est. Bilis uero calida, & sicca est, eademque qualitates, quas habet ignis, uere habere patet. Quod fieri non posset, nisi ortum a primis quattuor elementis, ueluti a primis, ac naturalibus principijs, duceret.

Quod hae qualitates elementorum sint eorum formae, ut Alexander Aphrodiseus, eiusque sectatores affirmant; seu grauitas, & leuitas, uti Auerroës sentire uideatur, pro nunc differere praetermitto; cum tantum ueritatem eius, quod in dubium reuocatur, ostendere decreuerim.

Et,

Et, ut redeam, unde digressus sum, dico, quod Galenus in libris de sanitate tuenda, sanguinem, semenque humanum, unum ex parte materiae, alterum ex parte agentis, ex quattuor elementis composita esse affirmans, eorum qualitates, humidi, sicci, frigidi, ac calidi, ab eorum essentia, uidelicet humidum ab aere, frigidum ab aqua, calidum ab igne, siccumque a terra nomen assumpsisse, docet. Et, quoniam in libris, in quibus de elementis loquitur, inter ea differentiam ponit, iccirco optimum factu erit scire, (ne quis in errorem incidat) quod reperiuntur nonnulla elementa in corpore, quae humores appellantur, aliaque extra, & omnibus communia, sine quibus aliquid gigni ullo modo potest, de hisque mihi sermo habendus est, de quibus Galenus uerba faciens in libris de Simplicium facultatibus, & in his, in quibus de temperamentis agit, corpora calida, frigida, humida, siccaque propria, aut aliorum natura esse ait. Quae animaduertens aut actu, aut potentia esse subdit, aliquid esse in potentia duobus modis posse intelligi; primo, ut opponitur ei, quod est per essentiam propriam, & hac ratione idem est dicere esse in potentia, quod esse per accidens. aut ut opponitur rebus, & hoc pacto tantum significat, quantum si diceretur, id, quod non est, probabiliter potest esse.

Et, quae calida, frigida, humida, siccaque actu sunt, uel simpliciter talia sunt, seu ad comparisonem aliorum, ueluti, homo, equus, bos, canis, uni eiusdem speciei, uel alijs diuersarum specierum comparatus; aut homo leoni; aut, dum iuuenis est, sibi ipsi, quando erat puer. & in libris, in quibus de elementis; & in eo, in quo de natura humana agit, cum Hippocrate sentiens quattuor humores, elementa corpori proxima, At humidum, calidum, frigidum, siccum, (qualitates pro eis accipiens) omnibus mixtis communia esse asserit. Verum essentiam propriam ab eorum qualitatibus habere subdes eas ueras eorum formas, alteramque ipsarum, & non ambas esse in eis ut aiunt in summo, affirmare uelle uidetur. iccircoque in libris de temperamentis duobus modis posse intelligi docet; uel pure, ac absque ulla mixtione, uel contrarijs mixtis, sed ab altera ipsarum praedominio uocatas declarat. Ob id humidum, de quo sermo est, duobus modis considerari posse censetur, uel in eius es-

scentia

scentia non impedita, & hoc pacto aeris, ueluti apparet, & ita aquae compertum est, quod ab hoc manifestum esse uideatur, quandoquidem, cum aer sit elementum uehementer uariatum, atque alterationi subiectum, qualitatem alteram ei adeo respondentem, ut ipsum constituat, quae est humiditas requirere, rationi congruum est, quae facilius, quam qualitatum passuarum altera alterationi subijcitur. nec a calido impediri potest, cum (ut mea fert opinio, quamuis subtiliet, atque dissoluat) sit ipsa minor, ac corporum superiorum, inferiorumque impressiones recipiat. quod fieri non posset, si qualitatum alteram, quae tanquam instrumentum ad recipiendum apta est, non haberet. quod aquae, cum non sit alterationi ita subiecta, nec ad recipiendas aliorum impressiones apta, non accidit. Hinc fit, quod in piscibus affectus aliquis pestilens numquam animaduertatur, uti in hominibus, ac alijs animalibus conspicitur. ut Aristoteles in libris de historia animalium scriptum reliquit.

Cum haec de aeris, aquaeque humido dixerim, qui sint humiditatis effectus, considerandum est. ut, si forte fortuna aquarum humidum, aeris humiditatem auxerit effectus, eorumque noxae demonstrari possint. Galenus in libris de sanitate tuenda, de temperamentis differens, temperamentumque siccum in ortus initio, cum temporis longitudine senibus competat, pessimum esse declarans, (postquam de eius uiuendi ratione, & quantum noxae ueneris usus ei afferat, ostenderit) temperamentum frigidum, ac humidum multis fluxionibus obnoxium, cum id humidum ratione ei accidat, propriumque frigidi sit condensare, inquit. Et in libris, quod ipse declarat, de morbis uulgaribus, in proemio, si aer ambiens, calidior, frigidior, humidior, atque sicciior, plusquam deceat, reddatur, sanitate perturbare, confundere, corrumperetque asserit. Idem pariter in expositione Aphorismorum Hippocratis memoriae prodidisse animaduertitur, dum inquit: uerum, si uer totum humidum erit, contrarios effectus producet. Nam temperamentum humidum reddet ei, cui, hiems siccum, ac aquilonare reddidit. Vnde aestas sequens, cum corpora morbis obnoxia, terramque humidam reperiatur, suffocationes, febres acutas, oculorum uitia, atque intestinorum difficultates pariet. At ij difficultatibus inte-

stinorum

Cap. 2.
Cap. 3.

I. cap. 9.

Lib. 8. cap.
19. in fine.

stinorum afficiuntur, homines natura humidi, ac mulieres, quae ijs humidiores ut plurimum esse solent. & ratio est: quia aeris, qui nos ambit, humiditas, cum humorum, qui sunt in corpore, exuperantiam siccare non sinat, corruptionem auget. Et inferius subdens ait, non esse mirum, febres longas ab humidi quantitate fieri: nam aegri, ut sani fiant, coctione indigent; at humorum multitudo, nisi temporis longitudine concoqui non potest. Praeter haec, libro tertio de locis affectis, declarans, qua ratione memoria, ac intellectus a frigido, humidoque laedantur, loquens de humido, Balnea, si caput aqua aspergatur, ueluti uinum potatum, cibumque humidum, somno afficere ait. Hinc puerorum aetatem somniculosam uocari, senesque ob nimiam ariditatem, noctu uigiliis torqueri, factum est. Ex quibus nimiam frigiditatem, animos abiectos reddere conijcitur. Iccirco Hippocrates in secunda, septimaque Aphorismorum particula somnum, & uigiliam, si modum excesserint, mala esse, memoriae prodidit. Sed, si frigidum humido uehementer iunctum fuerit, memoriam laedet, somni difficultatem, stuporem, homines insipientes, letargumque pariet. Et denique Galenus, (ne omnes in medium afferre eius auctoritates uidear) cum in libris de Natura humana ostendere sibi proposuerit, quare in hieme maxima humorum pituitosorum copia gignatur, ex Hippocratis sententia inquit; quod, cum hoc tempus ob pluuiarum frequentiam, noctiumque longitudinem, frigidum, ac humidum sit; humorem pituitosum, frigidum, humidumque; ut tempus postulat, gigni necesse est. Et, quemadmodum aer ambiens aestate a solis radijs calidus redditur, quia tunc temporis magis uertici capitis nostri appropinquatur, diesque maiores sunt, ita hieme inferius accedens, cum supra terram parum permaneat, frigoris causam esse credendum est. & cum animalium corpora ab aere afficiantur, ea sicca esse, quando ipse siccus est, humida, dum est humidior; pariterque calida, frigidaque, quando frigiditatis, caliditatisque naturam obtinet, mirum non est. Verum in illis, in quibus de causis morborum loquitur, morborum humidorum, ciborum humidorum

3. Aph. 16.

Cap. 5.

16.

dorum copiam causam esse, asserit. Veluti nimia potatio; uita deliciofa; animi securitas; frequēs balnearū aquae dulcis, praecipueque post cibum usus; tempus humidum; ac denique, medicamenta, ea humida reddendi uim habentia. Praeterea in ijs, in quibus, de moribus, qui corporis temperamentum sequuntur, agit, ex Hippocratis sententia, non solum anni tempora, sed etiam regiones temperamentorum diuersitatem efficere affirmat. unde, de his ciuitatibus, quae ad septemtrionem sitae sunt, sermonem habens, homines, qui has incolunt, potius moribus rudibus, quam lenibus, ac mansuetis, praeditos esse declarat. Postea de his, quae ortum Solis respiciunt, uerba faciens, eorum incolas, uocem suauem habere, ad iramque procliuēs, atque paratos magis esse, quam qui incolunt loca septemtrionalia, subdit. Et paullo post, Asiam non modo ab Europa, in his, quae ortum habent a terra, sed etiam in hominum naturis differre, declarat. Nam in illis mundi partibus omnia, quae producuntur, meliora, maioraque, ac hominum mores mitiores, atque ad quodlibet agendum promptiores esse, certum est. huiusque quattuor temporum anni, temperamentum causa est. & quod hoc, calido, frigido, humido, siccoque iunctum, alterum ab altero differre docet Hippocrates in libris de elementis, & in his, in quibus agit de natura humana, & sermonem progrediens, & eius uerba, quae in hac re dicit, referens, temperatam regionem mores temperatos efficere ait. Nam nec nimio calore exuri, nec a nimio frigore uexari contigit; nec etiam aquarum inopia exarescere. Et, postquam de Asiae, Europaeque montium asperorum, ac editorum aqua carentium incolis, eorumque moribus dixerit, subdit: Qui cauas regiones, locaque palustria plus aere calido, quam frigido perflata, nec non calidis aquis propotu utuntur, hi non ita magni, atque erecti, & uentre contracto sunt; in largum excrefcunt; carnosique sunt. nigris pilis inhorrescunt, & ad atrum potius calorem, quam ad album uergunt. Sunt minus ad uiam proni, quam pituitosi; neque animo, uiro digno, natura sunt; nec ad ferendos labores, ut ij, qui montana loca incolunt, idonei. Sed, qui excelsa loca plana, uentosa, ac irrigua, aquisque scatentia incolunt, grandibus corporibus, inter se similibus, ingenijsque

D

igna-

ignauioribus, sed mitioribus praediti cognoscuntur. & ubi terra pinguis est, mollis, ac uliginosa, & eius aquae adeo sublimes sunt, ut aestate caleant, hiemeque frigeant, & anni tempora recte se habeant, ibi homines sunt carnosissimi, non ualidis artibus, humidi, laborum impatientes, adeo, ut desidiam, somnolentiaque saepe in ipsis animaduertatur. Vbi autem terra sterilis est, situ altiore munita, aspera, niuibus hieme uexata, aestate solis radijs exusta; ibi homines duros, graciles, firmis articulis, ualidos, hirsutos, celeres, uigiles, effertatis potius, quam benignis moribus, ad artes capessendas perspicaciores: & ad res bellicas praestantiores conspiciuntur. Et in eo libro, in quo de tuenda sanitate loquitur, in regionibus calidis, atque siccis, homines calidos, & ferè exustos esse asserit. Vnde Aristoteles, ac Auerroes, longo temporis spatio uitam ducere non posse, nisi ex accidenti, affirmant. Qui regiones frigidas incolunt, temperamenti uarij, cum partes externas frigore, internas calore maximo affectas habeant, iudicantur. ibidemque loca humida homines subtili cute, languidis artibus, ac resolutis, facieque pulchra esse subiungit, hique a morborum longitudine a fluxionibus proueniente afficiuntur. Qui deinde frigidi, sicci que natura sunt, longiorem uitam ducere posse, quam calidi, sicci que existimantur.

Pro clariori rei propositae intelligentia, quid bene sita Ciuitas requirat, ut incolae salubritate, commodisque omnibus uitae necessarijs praediti sint, uidere reliquum est. Inquam igitur, ut Aristoteles in libris Politicorum memoriae tradidit, quod, praeter locum, qui maris, terraeque particeps esse debet, calidi, ac frigidi temperie praeditum, hostium impetum propugnandi uim, eis aditum difficilem, ac exitum ad eos congregiendos facilem habere; terrae feracitatem, continuamque omnium rerum ad uitam, ac bella, spectantium necessaria, salubritatem, fortitudinemque praecipue eorum, qui eam incolunt, & ob id ad Solis ortum adeo respicere, ut uenti, ab ea parte flantes, ab omnibus corruptionum generibus eam liberare possint; Aquarumque postea copiam natura scatentium requirit. & si forte haec deficiat, ex aqua pluuiali Cisternae pro eius

2. cap. 7.

Lib. de lōg. & breu. uitae.

7. pol. cap.

11.

8 de hist. cap. 13.

conseruatione, lacusque, qui ea ratione magnam aquarum copiam contineant, ut obsessa aliquando non deficiat. At, cum incolumitatis inhabitantium curam suscipere oporteat, iccirco situs, locique qualitatum optimam, postea aquarum salubrium usum habere debet. Et rationi consonum esse uidetur, postquam ea, quibus frequentissime utimur, sunt, ob nostrorum corporum incolumitatem, maxime animaduertenda. Quocirca in ciuitatibus optime sitis, cum aquae inter se similes non sint, & aliae seorsum cibo, & potui, aliaeque alijs rebus cum publicis, tum priuatis deseruire sit necessarium, earum usus est maxime animaduertendus. propterea Aristoteles in libro de aere, aquis, & locis, inquit: quod, quaecumque ciuitas a uentis calidis perflatur, inter ortum, Solisque occasum, hiemis tempore, & a septentrionalibus, tuta, ac protecta erit, multas aquas subsalsas, in decliui potius, quam in sublimi loco positas, aestate calidas, hiemeque frigidas, habebit; adeo, quod haec ciuitates, quae bene sitae erunt, & ortum Solis, uentosque flantes ab eadem parte, atque optimarum aquarum copiam habebunt, minus a talibus mutationibus afficientur. At, quae paludum, lacunarumque aquis pro potu utuntur, & Solis ortum, ac eius uentos non respicient, omnium alterationum inquinamento afficientur. Ex cuius uerbis magna animi laetitia unamquamque ciuitatem aquis non solum pro potu, uerum etiam pro multis negotijs conficiendis abundare necesse est. Cum ita res ita se habeat, ueluti uere credendum est; unusquisque, qui ex aduerso aliter sentire poterit, Aquam Felicem SIXTI Quinti, Pont. Max. iussu, & impensa Romam ductam, non modo aeris humiditatem non augere, sed adiumento, salubritatique omnibus incolis esse, pro comperto habendum est. & quia, uelut canis, latrare frustra non uideat, nonnullis rationibus hanc meam sententiam ita ueritati proxime accedere, uti aquam uitae humanae necessario competere, demonstrare mihi animus est. & ut ad rem ueniam, ita dicendum statuo.

Si aquae, ut sint salubres, uisu, gustu, ac odoratu iudicantur, haec, cum splendida appareat, gustui grata, ac suauis sit, atque absq. malae qualitatis nota linguae subiiciatur, & in ipsa odor nullus animaduertatur, optima, salubrisque

Cap. 2.

pro certo credenda est. Ad haec: si, quae in amœnis collibus scaturiunt, optima terra refertis, atque Solis ortum aestatis tempore respicientibus, optimae, ac salubres sunt, cum haec eisdem qualitatibus sit praedita, optima, ac salubris est existimanda. Praeterea, si earum irrigatio, ad propriam salubritatem conferre iudicandum est, cum aestate frigida, hiemeque calida percipiatur, omnibusque uinorum generibus misceatur, eiusque paruam quantitatem pro eius temperie requirat; cito refrigeretur; citoque calida reddatur; cito concoquat; citissimeque per urinam transmittatur; optima, atque eodem modo salubris concludi poterit. & cum stillaticio opere a me fuerit elaborata, & nisi parum terrestri excrementi albi, ullius saporis non reliquerit, maiorem suae salubritatis fidem praestare poterit.

Modo, quod haec Tiberis aqua, ab eius litore desumpta, ac, ut moris est, epota, melior, ac ea salubrior sit, omnibus hanc rem animaduertentibus manifestum esse deberet. Attamen hac ratione idem confirmare mihi uidetur. Aqua optima, ac salubris, (ut ex ijs, quae dicta fuere, liquet) lucida, subtilis, dulcis, ac leuis esse debet. Aqua nomine Felix ea est; Tiberisque aqua obscura, turbida, ac maleolens: igitur melior, ac ea salubrior est.

Haecenus de his locutus sum, quae absque ulla controversia unicuique sani intellectus, aquam Felicem sua natura optimam, atque Tiberis aqua communiter epota salubriorem esse, persuadere possunt. In praesenti, cum ipsa optimum aerem gignat, humiditatem Urbis aeris non augere, ostendere opus est.

Hippocrates in libro de aere, aquis, & locis, Galenusque in eo, in quo de bonitate aquae agit, aerem, qui usquequaque nostra corpora alteratione afficiunt, reprehendentes, inquit; esse illum, qui a stagnis, lacunis, seu paludibus, ortum ducit, aut qui ab aliquo aere pestilenti a speluncis, uel sepulcris, seu cloacis publicis emanante, aut hominum, uel animalium mortuorum, aut herbarum, uel leguminum corruptione proficiscitur. uel ab alicuius uasti fluminis uicinitate, nebula, uel caligine crassior redditus, uitiosus est, ac corpora afficit. At is, qui ab aqua Felici gignitur, uti qui

tantum refrigerandi uim habet, omni laude dignus existimari debet. Corpora igitur non male afficere posse, sed refrigerando mirum in modum prodesse, credere, rationi congruum est.

Praeterea, si aqua, de qua sermo est, epota non laedit, immo, ut ab eius usu animaduertitur, sanitati conferre certum est; qua ratione fieri poterit, ut aer ab ipsa productus, ac nos ambiens, nostra corpora laedere ualeat? His accedit; quod, si aer, ut sit optimus, atque salubris, purus, subtilis, splendidus, apertus, liberque esse debet; cum is, qui ab hac aqua originem ducat, sit eiusdem generis, non uideo, quo pacto contrarium nonnulli asserere possint. His addo, quod, si aeris optimi termini sunt, in eo degentes hieme ob frigus maximum non horrere, & aestate ob nimium calorem non sudare; Cum aqua, Felix nuncupata, hieme calida, aestateque frigida sit, aerem, qui ab ea gignitur, continuo eisdem qualitatibus affectum esse, credere necesse erit. Unde, cum hieme horrere, aestateque sudare non efficiat, optimum esse, ac maximum humanis corporibus adiumentum asserere, dicendum erit.

Tandem, huius aquae humiditatem, ea nocumenta praebere, nec minus ea morborum genera, quae ab aere humido, atque uitioso oritur, & ab Hippocrate, Galenoque recensetur, non gignit, ueluti superioribus annis, iudicatum fuit. Et, si in Vrbe, nonnulla his similia inueniuntur, ac animaduertuntur, potius erroribus communibus causam tribuendam esse censendum est. Merito igitur optimam, ac utilissimam habendam, ab omnibus esse existimandum.

Et, sicuti experientia, rerum magistra, est ea, quae nos ipsam plene, ac perfecte cognoscere docet; ita, quid ab eius usu, ab eo tempore, quo fuit Romam ducta, usque ad praesens, accidere potuit, diligenter animaduertere opus erit, & absque ulla difficultate huius Urbis homines non modo consuetis morbis affectos non fuisse, uerum etiam mira salubritate praeditos censetur. Cuius praecipua laus aquae Felici, perinde ac ei quae maxime uitae humanae conuenire uidetur, tribuenda est.

Pro clariori etiam notitia eorum, quae superius dicta fuere, silentio praeterire mihi non uidetur; quod Galenus duobus

duobus temporibus Romae, totius Orbis compendio, (ut ait Polemon orator) fuit, ac ibi praeceptores habuit, ut ipse in libris proprijs memoria prodidit. primo; dum uigesimum secundum aetatis annum agebat, quando, multorum medicorum inuidia expulsus, in patriam redire coactus fuit; postea, satis longo temporis spatio ibi commoratus est, ex qua trigesimo septimo anno aetatis discescit. Quo tempore, cum prudens, diligensque rerum ad medicam artem spectantium extiterit, res aliqua consideratione dignas eum non praetermisisse credendum est. Modo, cum in libris de medicamentorum compositione secundum locos, legatur, maximam in Vrbe frigidorum, ac optimorum fontium multitudinem extitisse, nec umquam humiditatem aeris auxisse, scriptum reliquerit, minus, qui in ea hodie conspiciuntur, id praestare poterunt. Et in libris de morbis uulgaribus Hippocratis, de aquis sermonem habens, haec uerba in medium afferre legitur. Namque, sicut & multa alia in ea Vrbe eximia sunt, ita & fontium elegantia, & multitudo admirabilis, eorum nullo fetidam aquam, aut medicatam, aut turbidam, aut asperam, crudamque effundente; sicut neque Pergami in patria nostra, & nihilominus ab eo, (quod ego legerim) nec quidem tot fontium aquas humiditatem aeris augere potuisse, atque nocumentum hominibus afferre, cogitasse animaduertitur. Immo maximis laudum praeconijs eas efferens, optimas, utiles, atque salubres esse, aeremque ab ipsis generatum, talem iudicasse pro comperto haberi debet. Si igitur eo tempore, in quo admirabilis fontium multitudo aderat, aeris humiditas non augebatur, id hodie posse contingere, cum sint multo pauciores, existimare non debemus. etsi, praeter aquas ab Imperatoribus, Consulibus, atque Magistratibus Romam ductas, ueluti Appia, Marcia, Tepula, Claudia, Caerulea, Curtia, Aniene nouum, & uetus, Iulia, Alfietina, Aqua uirgo dicta, atque alias a multis in medium allatas, Thermarum numerus maximus reperiatur; ut Marcus Agrippa, Augusti Gener, ad benevolentiam populi ineundam, plusquam centum quinquaginta aedificare iusserit; humidum aeris autem non fuisse, adeo, quod laedere corpora posset, (quamuis ab earum usus initio multa annorum centena interces-

Com. 6. 4. t.
Com. 10.

fissent) Biblioteca dell'Archiginnasio

fissent) quo modo fieri poterit, ut, qui rerum omnium usum habet, aerem hodie humidiorum ab aqua Felici redditum esse, sibi ipsi persuadere possit.

Qui postea scire uoluerit, a quibus unaquaeque istarum aquarum, quo tempore, & ex quibus locis ducta fuerit, Sextum Iulium Frontinum, Virum consularem, legat, in eo libro, in quo de Aquaeductibus Urbis agit, & sibi ipsi satisfacere poterit. Quem librum, emendatissimum, doctissimisque Notationibus illustratum, propediem in lucem editurus est, quicum mihi artificiosa amicitia intercedit, Principum uiro- rum amicitia, & protectione florens, & dignus, Aldus Manuccius, Pauli F. Aldi N.

Concludamus igitur, quod, cum aquae Ciuitati bene sitae, optimeque munitae, pro tuenda hominum sanitate necessariae sint, praesertimque quando a collium amoenorum, ac optima refertorum terra fontibus, Solisque ortum aestatis tempore respicientibus, originem trahant; cum eorum aquae dulces, subtiles, leues, ac splendidae, aerque uitiosus, corpora nostra afficiens, qui a lacuna, stagno, palude, spelunca, sepulcro, seu ab aliqua alia corruptione gignitur; uel ab alicuius uasti fluminis propinquitate, aut a nebula, uel caligine crassior redditur; Aquam nomine Felicem, cum ipsa tot, tantisque optimis qualitibus sit praedita, ac aerem ad relaxandum corpus gignat, salubrem, corporibusque humanis, maximi adiuuenti esse, compertum est.

F I N I S!